

unde versus:

Exuperans pisa superatur Marte recisa  
Nunc quia precepta pia iuris fecit inempta  
Abstulit et lesit male vixit his tribus herit.

Florentinis vero pignoribus incum-  
bentibus nichilominus etiam agentibus  
in personas pisanorum venero legati  
et se vulpabiles in pluribus confiden-  
tes petebant tam proprios quam  
amicos captos absolvi de restituendis  
ablati cautione prestita competenti.  
Ipsi vero cum non esset opus comuni  
dividendo vel finium regundorum  
dictare iudicium cum eisdem desti-  
lerunt petitionibus legatorum  
addentes quod oportebat Senenses  
pistorienses vullerranos collisianos  
illos de sancto geminiano et de sancto  
miniate qui de penis et angustiis  
in bello societatem contraxerunt  
cum eisdem nequeantes captionis  
periculum evitare. creditoribus  
Florentinis integre satisfacere.  
Item quod finem facerent de